



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 91. Condæus Princeps Regem comitari recusans.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Senatorum indignationem verita inter- Sæc. XVII.  
rim superfedendum censuit. A. C. 1615.

## §. XCI.

*Condæus Princeps Regem comitari  
recusans.*

Interim dissensionum caussæ indies au- Daniel. hist.  
gebantur; quippe de Ambasiæ Præ- de Frans.  
fectura Luynæus, qui per avium aucu-  
pia Regis gratiam captabat, cum An-  
cræo Marescallo certabat, huic favebat  
Regina, illum comitabatur Regis bene-  
volentia: tandem etiam Luynæus præ-  
valuit Ancræo, qui sua spe delusus vi-  
cissim ex Regina munificentia præter  
feudum Ancræum, etiam arcem Am-  
bianam, Peronam, Montem-Desiderii,  
Royam, & totius pene Picardiæ admi-  
nistrationem, obluſtante licet Longa-  
villæo hujus Provinciæ Prorege, obti-  
nuit: eo insuper tempore Pruvillæus  
militiæ urbanæ Præfectus trucidabatur,  
necisque Author a plerisque credebatur  
Ancræus, eo quod Alphonsus itidem  
Italus, atque Ancræo indigena percuf-  
for fuisset. Inde vero in unum An-  
cræum erat invidia omnium, & qui pa-  
lam conqueri non audebant, secreta fre-  
mebant indignatione, quam tamen haud  
ultra premendo impar Condæus Prin-  
ceps, cum Regem ac Reginam pro exe-  
quen-



Sæc. XVII. A. C. 1615. quendis nuptiis in Aquitaniam iter mo-  
liri percepisset, Creolium Claromonti  
 urbem secessit, mox vero ad Aulam re-  
 dire, Regemque comitari iussus, re-  
 spondit, se minime reversurum, donec  
 Rex expurgato Senatu suo Parisinæ  
 Curix querelis satisfacisset, atque inju-  
 rias sibi, suisque amicis illatas reparas-  
 set. Postea Princeps Coucyum profes-  
 ctus, Longævillæum, Mayennium,  
 Nivernum Ducem, Bullionium Mare-  
 scallum, Cuvrium, Bonivetum, Su-  
 sam & Sancti Pauli Comitem aliosque  
 Nobiles in communem causam advoca-  
 bat, qui etiam die vigesima quinta Ju-  
 nij eo delati, mutua spondebant subsi-  
 dia, quæ tamen levia nimis fuissent,  
 nisi sectaria Calvinistarum factione au-  
 gerentur. Horum quoque opem Bullio-  
 nius certo pollicebatur, vir apud eos  
 fortitudinis opinione, seu potius erro-  
 rum consortio spectatissimus. Die au-  
 tem vigesima sexta Julij Rex Principum  
 repugnantiam indignatus, eis signifi-  
 cabat, se die prima Augusti in Aqui-  
 taniam profecturum, proin ipsum co-  
 mitari haud ultra differrent. Verum  
 Condæus sequenti die literas ad Regem  
 dedit, in quibus Consiliariorum mali-  
 tia Regium ærarium exhauriri, subdi-  
 tos pecunia emungi, Curix querelas vi-  
 lipendi, regnumque præcipue Ancræi  
 avari-



avaritia destrui questus, rogabat, ut Sæc. XVII.  
 Rex iter suum pro perficiendo matrimo- A. C. 1615.  
 nio suo differre vellet, donec ætate &  
 viribus magis profectus, regnum in me-  
 liorem statum restituisset, proin ante-  
 quam iter ingrederetur, mandatum  
 ederet de reformando suo Senatu, &  
 suorum aboleret gravamina, quorum  
 præcipui auctores essent Ancræus, Sil-  
 lerius Cancellarius, ejusque frater,  
 necnon Pullionius, & Dolenus Præfe-  
 cti; dein declarabat, quod nec in hoc  
 iter nec in nuptias consentire posset, nisi  
 Rex facta prius Senatus reformatione  
 Regnum oneribus suis liberasset, meri-  
 tasque de eorum auctoribus poenas  
 sumpisset: „quod si vero, prosequeba-  
 „tur Princeps, acciderit, ut posthabi-  
 „tis rationibus istis omnibus exercitus  
 „Regius adversus me & confederatos  
 „meos in aciem producatur, aliter qui-  
 „dem facere non possum, quam ut ad  
 „legitimam defensionem nos accinga-  
 „mus, cum vim vi repellere & vitam  
 „nostram tueri natura licitum, mihi ve-  
 „ro meisque medium conservandæ vitæ  
 „aliud relictum non sit, quam ut ad ex-  
 „trema confugiamus, & armis nos-  
 „metipfos tueamur, quod facturi  
 „quidem non essemus, si nostrum, to-  
 „tiusque Regni interitum oculis intueri,  
 „& spectare vellemus: petimus itaque  
 „&



Sæc. XVII. „& monemus omnes Principes, & Re-  
 A. C. 1615 „gni officiales, Equites, Nobiles, ali-  
 „osque cujuscunque dignitatis sint, Par-  
 „lamenta item statusque Regni, & om-  
 „nes quotquot se gallos vocant, ut au-  
 „xilium. Principes vero exteros, & con-  
 „fœderatos Regni foccios, ut gratia &  
 „favore suo in causa tam justa nos juva-  
 „re, & prosequi velint.

## §. XCII.

*Ludovici VIII. Franciæ Regis edi-  
 ctum contra Principum Proce-  
 rumque molimina.*

*Merc. Gal-  
 lob. tom. II.*

*l. I.*

*Calmet. Hist.  
 univers. l. 15.  
 n. 84.*

Quoniam vero ob datam utrinque fi-  
 dem Rex discessum suum haud ul-  
 tra differre poterat, caute Busco-Del-  
 phinum Marecallum Lutetiæ Parisio-  
 rum cum valido exercitu reliquerat, ut  
 Condæo Principi, ejusque Fœderatis,  
 si quid forte molituri essent, resisteret:  
 insuper die trigesima Julij Decretum  
 promulgari jussit, quo omnibus Provin-  
 ciarum, urbiumque Rectoribus præ-  
 ceptum, ut locorum sibi commissorum  
 securitati prospicerent, necnon mili-  
 tum, nisi in Regis obsequium, dele-  
 ctum fieri prohiberent, nec absque scri-  
 pta Regis venia cuicunque Principi, aut  
 Ministro hasce urbes ingrediendi copiam  
 facerent. Alia dein epistola Rex Prin-  
 cipes